



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1707**

Q. 97. Quid circa illas deobligationes juramenti sit præterea advertendum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42515**

» VI. Et is quidem potest remittere, et si talis favor  
 » ei juratus eset propter D E U M ; v. g. si quis  
 » propter Deum jurasset pauperculæ eam ducere,  
 » potest ipsa Juramentum illud relaxare, ut habeat  
 » Navar. & alii contra Sotum & Sylv, quia  
 » licet Juramentum principaliter factum sit  
 » propter Deum, quia tamen executio est in favori  
 » hominis, ab hominis etiam voluntate dependet.  
 » VII. An etiam civilis potestas relaxare possit  
 » Juramenta suorum subditorum in tempora-  
 » libus, quando justa causa subest, v. g. quia metu  
 » vel per aliam injuriam extorta sunt, contro-  
 » vertitur : Alii negant, alii ajunt, apud Laym.  
 » Probabile est, quod docet Sanch. L. 3. c. 12.  
 » cum Suar. non posse relaxare directè, sicut  
 » potestas Ecclesiastica, quando dispensat, sed  
 » tantum indirectè, v. g. ratione materiæ; vel  
 » supplendo vicem ejus, cui juratum est, & qui  
 » remittere debebat. Plura ad forum externum  
 » spectantia circa Juramentum vid. apud Laym.  
 » supra Cap. II. Bonac. d. 4. q. 1. p. 17.

## A D D E N D A.

353 Q. 97. Quid circa illas deobligationes Juramenti  
 fit præterea advertendum. R. Seqq. §. 1. Docent AA.  
 gravissimi cum Moy. T. 2. d. 1. q. 3. Illsung T. 5. n. 70.  
 Sanch. de Matr. L. S. d. 2. n. 18. Castrop. P. II. ante n. 1.  
 Tamb. c. 7. §. 3. n. II. Gob. n. 508. Belleg. p. 3. Sect. 12. q. 1.  
 Juramenta quibus nullum Jus homini acquiritur,  
 habere rationem voti, ideoque posse, sicuti vota  
 dispensari vel commutari. Vide dicenda num. 355.

356 §. 2. Juramenta, quibus vendentes jurant  
 non vendere minori, vel ementes non emere  
 majori pretio, secundum Tamb. L. 3. c. 3. §. 5. num. 49,  
 non obligant, quia sunt de re prorsus indifferentes  
 non in honorem Dei vel utilitatem Proximi.

sed propriam tantum : inde infert, licet obligarent,  
hanc obligationem posse quemque sibi remittere,  
nam §.2. n.5. docuerat cum Tancr : si quis in suum  
commodum aliquid jurasset, v. g. ire Romam  
ad accipiendam sibi pecuniam , posse sibi ipsi  
remittere hoc Juramentum; sed quoad hoc postre-  
mum merito contradicunt Abbas, Suar.c.12.n.24.  
Illi. n.74, nam ideo potest remittere aliis, in cuius  
favorem est juratum, quia Juramentum includit  
conditionem, si alter voluerit, hoc autem non est,  
si quis in utilitatem suam juraverit, quia diceret,  
*Testor Deum me hoc facturum, si facere voluero,*  
quod eset nugatorium, & contra finem Juramenti,  
quo quivis vult stabilire voluntatem suam ,  
ut non liceat pro libitu velle oppositum.

§. 3. Docent aliqui, licet votum v.g. Castitatis 357  
sit reservatum , non ideo reservatum esse Jura-  
mentum de castitate servanda, sed de hac sententia  
postea feremus judicium num. 555.

§. 4. Licet Juramentum sit factum principaliter 358  
propter Dei cultum & honorem, si tamen cedat  
in utilitatem hominis , à quo sit acceptatum,  
non potest dispensari vel commutari sine hujus  
consensu, uti præter Busenb. tenent Tab. Arm. Sayr.  
Lop. Vivald. Suar. Sanch. Leß. Escob. Malder. Dian.  
Mendo, quos citant & sequuntur Lug. de Just. d. 23.  
n.94. & Moya q. 2. n. 3. q. 5. n.6; & postea in simili  
dicetur de voto à n.532, quæ intellige, si illi tertio  
per suam acceptationē sit Jus aliquod acquisitum,  
uti ibi explicabitur : Si tamen talis jurans fuisse  
impubes, posset ejus Juramentum irritari, uti recte  
Leß. L.2.de Just.c.17.n.51, & colligetur ex dicendis  
num.488. E contrà, si homo ille remittat, desinet  
obligatio, etiam si esset ad causam piam, uti etiam  
docent præter Busenb. Sanch.de Matrim.L.1.D.52.

& hic L.3.c.20.n.7.Tamb.c.7.§.2, quod Gobat n.500 dicit esse practicè tutum : Nec obstat, quod opponit Suar. L.2. c.39. num.8, nempe hominem non possedere Juri, quod acquisivit Deus, ergo tantum poterit reddere pecuniam, postquam ex vi Juramenti acceptaverit, nam contra est, quod Jus Dei habeat essentialem dependentiam à voluntate hominis, cui juratum est, non enim volebat se obligare Deo, si homo recusaret vel remitteret, ergo si homo remittat, desinit Jus Dei. Vide p.2. n.74.

359 §.5. Si Juramentum interponatur de non petendi dispensatione vel relaxatione Juramenti, communis est sententia, quod tale Juramentum sit invalidum, quia quando est causa petendi (peti autem non potest sine causa) utilius & melius est peti quam non peti; hinc illud ultimum Juramentum tantum erit confirmatio prioris, in Covar. Az. Dian. P. II. T. 2. R. 35. Sanch. hic L. 4. c. 8. n. 11 contradicunt tamen etiam probabiliter SHA de voto L.2.c.11.n.6. Et Castrop. T.15.D.1.P.8.§.5.n.11

## C A P U T III.

### *De voto.*

## D U B I U M I.

*Quid sit votum & quotuplex.*

» **R** Eſp. I. Est promissio facta Deo, deliberata de bono possibili, & meliore. D.Th. 2.2.q.5.  
» v. Sanch. & Laym. L. 4. T. 4. Unde patet  
» quod Votum sit actus latrize soli Deo debitus

Qua